



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 3. De P. Parentis per Dei Maternitatem exaltatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIUM III.

De P. Parentis per Dei Maternitatem exaltatione, &c.

1. **S**tatue te coram P. Parente Virgine MARIA.

2. Expende: quantum illam exaltaverit, & ditaverit, & honoraverit Deus, assumendo illam sibi in Matrem?

3. Dedit se illi in Filium: & per hoc potentiam atque omne jus contulit ei super se, fundatum atque radicatum immobiliter: quia ex ratione principiationis suæ ab illâ deductum. Quod impossibile est, & non sequi, & non durare, quamdiu durat & stat, quod MARIAE Filius ex eâ conceptus, factus & natus, sit Deus: & MARIA est vera, propria, Naturalis Deigenitrix.

4. Per hoc etiam; quia DEUS dedit se MARIAE in Filium: contulit ei plenum in se Dominum, regnativam potestatem, Hereditatemque sui absolutam: ita ut fas fuerit MARIAE, Filium DEUM, ex se genitum, tanquam mancipium habere: imò & in mancipium vendere, si ita necessitas exegisset. Proles namque naturaliter servitium debet Parentibus, & hi, jus regnativum habent in prolem, & sunt ejus heredes tanquam possessionis suæ propriæ, & in vita suæ, libertatisve subsidium, possunt prolis vitâ & libertate uti. Et potestne aliquid amplius ad istam MARIAE exaltationem addi, aut etiam excogitari? O verè Domine JESU,

Luc. II. 21. beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ fuxisti!

s. Per

5. Per hoc etiam; quia Deus se Filium MARÆ fecit, contulit illi, ditavitque illam amplius, quam ditasset, si illi omnem Creaturam, etiam possibilem, in possessionem, & divitias donasset: Unus enim ac solus, ac nudus Deus, major, pretiosior, locupletior, & ad locupletandum eum à quo possideretur, (maxime si Maternè & generatoriè possideretur,) aptior, & amplior est: quam omnes Creaturæ simul possessæ, & hereditatæ.

6. Per hoc etiam; plus contulit MARÆ Matri suæ, Deus Filius: quam ulli; immo, quam omnibus simul Creaturis contulit, aut conferre posset: propter eandem modò dictam causam; quia scilicet unicus, solusque Deus, est omnibus rebus reliquis major, pretiosiorque: unde quando se unicum MARÆ dedit, præsertim in Filium, plus ei dedit, quam ulli creaturæ, aut etiam simul omni dedit, darevè potuit.

7. Per hoc etiam, quod MARIAM in suam Matrem accepit, fecit eam suarh Causam, suumque Principium, & Existentiæ suæ Theandricæ originem, ac fontem. Conceptus enim ex eâ, sive de ejus substantiâ: formatusque ex eâ, & simul ab eâ, natus quoque, & in mundum editus, genitusque est ex ipsâ: deinde etiam lactatus & nutritus, & ad incrementum congruum perductus ab ipsâ: ob quod, plus ab unâ solaque suâ genitrice MARIA accepit, & plus ab eâ, ex eâque habet substaniæ, quæque substaniam consequuntur, quam ab ullâ creaturâ. Ob quod etiam, nulli creaturæ amplius debet Deus Homo, quam uni MARÆ Matri suæ. Neque ab ullâ creaturâ quidquam pretiosius, ac se dignius accepit,

cepit, quām à Matre suā Mariā. Accepit enim se totum, Deum scilicet ac Hominem: quo in Christo nihil est pretiosius; accepit autem generatoriē, quo in Mariā nihil est item pretiosius atque dignius: Itaque Christus, quā DEUS & Verbum, est ex Patre modo generatorio: quā Deus Homo est, non est ex Patre modo generatorio. Idem Christus de Spiritu quidem Sancto conceptus est DEUS Homo, sed non ex substantiā Sancti Spiritū, neque modo generatorio: verò ex Mariæ Virginis utero, sanguine, & substantiā, genitus, conceptus, factus est Deus Homo, generatorio modo, & tanquam verus Filius.

8. Ergo in unā solāque Virgine Mariā, plus est ex DEO, quām in ullā, & omni simul creaturā: Itemque ex unā, solāque Virgine Maria, plus est in Deo, quām ex ullā, simulque omni creaturā, & longè in immensum excellentius est, & MARIA DEI, & DEUS MARIÆ; quām ulla creatura, Dei est, & quām ullius Creaturæ Deus est.

9. Ideo totā substancialiā tuā: omnibusque viribus tuis atque visceribus cordis & corporis, æstimabis, exaltabis, appretiabis, & glorificabis, amabisque pretiosissimam hanc Dei Matrem, atque Virginem, super omes res, quæcunque infra Deum sunt: gratulaberisque eidem P. Parenti hanc tantam DEI profusionem super eam, hanc tantam exaltationem ejus à DÉO, per Deum, & ex ipso Deo.

P R A X I S.

Pretiosissima DEI mei Mater MARIA: te ego totis viribus, & visceribus, substanciali, capacitatis-

citatisque
quæcunq;
dam De
teor, &
Ex sa
quām in
charissim
tiosior, &
creaturi.

E
DeP. P

1. STA
g
2. E
DEI Ho
3. F
bere ad
ad dilig
Naturali
amarequ
tur vice
Deo, tan

4. A
etiam o
item à s
rum, qu
men, in
ligatur a
à Deo
quā Deu
liquidere

Exerc. IV. De P. Parente, naturali Dei &c. 309

it enim
quo in
tem ge-
retiosus
EUS &
o: quâ
genera-
n Sancto
Substan-
rio: at
& sub-
eus Ho-
s Filius.
riâ, plus
ul crea-
Maria,
ne omni-
tius est,
am ulla
ræ Deus
que vi-
orporis,
ificabis,
Matrem,
que in-
Paren-
r eam,
O , per
te ego
, capa-
citatis
citatisque meæ, diligo, cunctisque rebus plus aestimo,
quæcumque Deus non sunt: sed Te uni, solique secun-
dam Deo, uno solo minorem Deo, agnosco, & confi-
teor, & veneror. Etenim in sola te plus DEI est:
& ex sola te, plus in Deo est, quam ex omnibus,
quam in omnibus Creaturis. Propter quod, meritò
ébarissima, & pretiosissima, & es ipse Deo, & es pre-
tiosior, amabilior, inestimabiliorque omnibus simul
creaturis.

EXERCITIUM IV.

De P. Parente, naturali Dei sicut Matre, ita
& Amatrice.

1. Statue te coram pretiosissimâ Parente Virgine Maria.
2. Expende eam esse veram, naturalemque
DEI Hominis Christi JESU Matrem.
3. Expendes, per hoc eam naturale jus ha-
bere ad Amorem, amicitiamque Dei: hoc est:
ad diligendum Deum, & ad diligendum à Deo.
Naturali quippe jure, & naturæ ductu amat,
amareque debet Deum, utpote filium: & ama-
tur vicissim naturæ debito, atque exigentia à
Deo, tanquam à Filio.
4. Amat quidem, & amare debet naturaliter
etiam omnis Dei Creatura Deum: amaturque
item à suo Creatore. Nam Deus nihil odit eo-
rum, quæ ipse fecit: est tamen infinitum discri-
men, inter eam naturalitatem, quâ creaturâ ob-
ligatur ad Deum Creatorem amandum, quâque
à Deo amatur: & inter eam naturalitatem,
quâ Deum Maria diligit, & à Deo diligitur. Illa
siquidem naturalitas Creaturarum ad DEUM
aman-

U 3

aman-